[143] Etiam illa cognoram et acceperam, ante quam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos, qui audirent; deinde rem demonstrandam; postea controversiam constituendam; tum id, quod nos intenderemus, confirmandum; post, quae contra dicerentur, refellenda; extrema autem oratione ea, quae pro nobis essent, amplificanda et augenda, quaeque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda. [XXXII] [144] Audieram etiam quae de orationis ipsius ornamentis traderentur, in qua praecipitur primum, ut pure et Latine loquamur, deinde ut plane et dilucide, tum ut ornate, post ad rerum dignitatem apte et quasi decore; singularumque rerum praecepta cognoram. [145] Quin etiam, quae maxime propria essent naturae, tamen his ipsis artem adhiberi videram; nam de actione et de memoria quaedam brevia, sed magna cum exercitatione praecepta gustaram.

## Difesa della poesia e della cultura

Della visione dell'oratoria di Cicerone fa parte, come abbiamo visto, un grande apprezzamento della cultura, che non solo offre riferimenti utili all'oratore, ma anche forma il suo animo, lo eleva e lo rende vero modello per i suoi concittadini. La posizione di Cicerone, in effetti, ebbe grande importanza per lo sviluppo della sensibilità culturale a Roma, il cui sviluppo in questo settore era stato tardivo, e solo lentamente aveva tolto i Romani dalla loro rozzezza originaria; in questo, aveva avuto parte notevole il contatto con la cultura greca, inizialmente avversata come corruttrice (opposizione tra Catone il censore e Scipione), ma poi stimolo di civiltà per i Romani (*Grecia capta ferum victorem vicit*, Orazio)

### L'ignoranza dei Romani antichi (V.Patercolo, *Historiae*, 1, 13)

Corinto era la città più importante della lega macedonica, quando il suo contrasto con Sparta provocò l'intervento dei Romani. Nel 146 a.C. i consoli Cecilio Metello e L.Mummio Acaico, la rasero al suolo, asportandone preziosi capolavori d'arte. L'aneddoto riferito da Velleio Patercolo, storico dell'età di Tiberio, attesta la rozzezza dei Romani.

1 Diversi imperatoribus mores, diversa fuere studia: quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum omnis que doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panaetiumque, praecellentes ingenio viros, domi militiaeque secum habuerit. 2. Neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit semperque aut belli aut pacis serviit artibus: semper inter arma ac studia versatus aut corpus periculis aut animum disciplinis exercuit. 3. Mummius tam rudis fuit, ut capta Corintho cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas locaret, iuberet praedici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros.

---

2. **intervalla negotiorum otio dispunxit**: 'delimitò pause dagli affari da dedicare allo studio'.- 3. **Mummius... reddituros**, ordina: *Mummius fuit tam rudis* (sott. *studiis*: 'illetterato'), *ut capta Corintho* (ablativo assoluto) *locaret tabulas ac statuas perfectas cum manibus maximorum artificum portandas in Italiam, iuberet praedici conducentibus, si eas perdidis sent, novas eos reddituros*.

### Cicerone: tardo sviluppo della cultura latina (*Tusculanae disputationes*, I, 2)

Le opere di Cicerone sono piene di riferimenti culturali, e anche di notizie relative ai vari momenti di sviluppo della cultura, della letteratura e dell'oratoria; numerose informazioni su poeti e scrittori derivano dai suoi scritti. Egli in genere riconosce la superiorità e la priorità della cultura, della letteratura e dell'oratoria greche; ma rivendica anche la capacità dei Romani di potersi confrontare con gli stessi Greci.

2 Nam mores et instituta vitae resque domesticas ac familiaris nos profecto et melius tuemur et lautius, rem vero publicam nostri maiores certe melioribus temperaverunt et institutis et legibus. Quid loquar de re militari? in qua cum virtute nostri multum valuerunt, tum plus etiam disciplina. Iam illa, quae natura, non litteris adsecuti sunt, neque cum Graecia neque ulla cum gente sunt conferenda. Quae enim tanta gravitas, quae tanta constantia, magnitudo animi, probitas, fides, quae tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit, ut sit cum maioribus nostris comparanda? 3 Doctrina Graecia nos et omni litterarum genere superabat; in quo erat facile vincere non repugnantes. Nam cum apud Graecos antiquissimum e doctis genus sit poetarum, siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam, Archilochus regnante Romulo, serius poeticam nos accepimus.

### Difesa della poesia e della cultura (Cicerone, *Pro Archia*,12)

L'occasione forse maggiore per Cicerone di esaltare il valore della cultura fu l'orazione pronunciata a favore di Archia, un poeta di cultura ellenistica, che era stato accusato di essersi appropriato del titolo e dei diritti di cittadino romano illegalmente. Cicerone utilizza abilmente l'attività dell'imputato, cui attribuisce anche una parte importante nella sua formazione. La poesia dà conforto all'animo e solo in apparenza è in contrasto con l'azione politica, cui fornisce molteplici stimoli. Cicerone rivendica alla poesia un valore culturale e umano, per cui Roma non può permettersi di perdere il poeta Archia.

1. Quaes a nobis, Gratti, cur tanto opere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessae conquiescant. 2. An tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina ex colamus; 3. aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? 4. Ego vero fateor me his studiis esse deditum: ceteros pudeat, si qui se ita litteris abdiderunt ut nihil possint ex eis neque ad communem adferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre: 5. me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, iudices, ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique somnus retardarit?

---

1. **Quaes... cur... delectemur**: proposizione interrogativa indiretta dipendente da *quaes* (futuro di *quaero*).- **Gratti**: Grazio, un cittadino di scarsa rilevanza pubblica, era stato incaricato da qualche potente di intentare il processo contro Archia, per colpire indirettamente uno dei suoi influenti protettori, forse Lucullo, oppure lo stesso Cicerone. Incomincia qui quella che si chiama la *confirmatio extra causam*, in cui l'oratore spiega i motivi per cui l'imputato merita l'assoluzione.- **nobis**: è *plurale maiestatis*.- **Quia... conquiescant**: si noti che *suppeditat nobis ubi* = letter. 'fornisce a noi un luogo dove'. Il verbo *suppedito* (da *sub* e *pedes*) è termine tecnico del linguaggio militare; perciò costruisci: *quia suppeditat nobis* ('mi da sia la possibilità che') *et animus reficiatur* ('si risollevi') *ex hoc forensi strepitu, et aures defessae convicio* ('per il vociare') *conquiescant*.

*scant.* - 2. **An tu... excolamus:** costruisci: *an tu existimas* (proposiz. interrog. diretta, introdotta dalla particella *an* che ha valore retorico-negativo) *posse suppetere nobis* ('possa essere sufficiente per noi') *quod* ('ciò che') *dicamus cotidie in tanta varietate rerum* ('in così grande varietà di processi'), *nisi excolamus* ('se non coltivassimo') *animos nostros doctrina* ('con la poesia'); nota che *nisi excolamus* è la protasi di un periodo ipotetico della possibilità, l'apodosi è *suppetere...posse*.- **Ceteros pudeat:** il verbo impersonale *pudet* vuole l'accusativo della persona che si vergogna.- **si qui** (= *si aliqui*): 'se alcuni'.- **me autem... retardarit?:** ordina: *autem quid pudeat me* (proposiz. principale: 'di che cosa dovrei vergognarmi') *qui* ('io che') *tot annos vivo ita ut, iudices, aut otium meum* ('il mio riposo) *me unquam abstraxerit* (subordinata consecutiva: 'mi ha mai distolto'), *aut voluptas (me) avocarit* ('mi ha mai allontanato'; *avocaverit* da *avōco*) *aut denique somnus (me) retardarit* ('mi ha fatto indugiare') *a tempore nullius* (qui *tempus* nel senso di 'pericolo che si corre per un processo penale'; perciò trad.: 'dal difendere dai pericoli qualcuno') *aut commodo* ('o dal salvaguardarne gli interessi')?

[13] Qua re quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscenseat, si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero? Atque hoc ideo mihi concedendum est magis, quod ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas; quae, quantacumque in me est, numquam amicorum periculis deficit...

[15] Quaeret quispiam: "Quid? Illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditae sunt, istane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt?" Difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen est certe quod respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse, et sine doctrina naturae ipsius habitu prope divino per se ipsos et moderatos et gravis exstitisse, fateor: etiam illud adiungo, saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque inlustrem accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae, tum illud nescio quid praeclarum ac singulare solere existere.

[16] Ex hoc esse hunc numero, quem patres nostri viderunt, divinum hominem Africanum; ex hoc C. Laelium, L. Furium, moderatissimos homines et continentissimos; ex hoc fortissimum virum et illis temporibus doctissimum, M. Catonem illum senem: qui profecto si nihil ad percipiendam [colendam] virtutem litteris adjuvantur, numquam se ad earum studium contulissent. Quod si non his tantus fructus ostenderetur, et si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen (ut opinor) hanc animi adversionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceterae neque temporum sunt neque aetatum omnium neque locorum: haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perflugium ac solacium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.



## Funzione della cultura (Cicerone, *De officiis*, I, XLIV)

L'esercizio del pensiero, accresce la prosperità e il benessere degli uomini, perciò i filosofi e i pensatori elevano il grado di civiltà di un popolo, e anche dopo la morte, con le loro opere essi continuano a guidare l'umanità, e ispirando le leggi, i costumi, la costituzione dello Stato, sembra che abbiano orientato i loro studi all'attività politica.

1. *Atque illi ipsi, quorum studia vitaeque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis ho minum utilitatibus et commodis non recesserunt.* 2. *Nam et erudierunt multos, quo meliores cives uti lioresque rebus suis publicis essent...* 3. *Neque solum vivi atque praesentes studiosos discendi erudi unt atque docent, sed hoc idem etiam post mortem monumentis litterarum assequuntur.* 4. *Nec enim locus ullus est praetermissus ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam rei publicae perti neret, ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur.* 5. *Ita illi ipsi doctrinae studiis et sa pientiae dediti ad hominum utilitatem suam intelligentiam prudentiamque potissimum conferunt;* 6. *ob eamque etiam causam elōqui copiose, modo prudenter, melius est quam vel acutissime sine elo quentia cogitare, quod cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia complectitur eos, quibuscum communitate iuncti sumus.*

---

1. **Atque illi ipsi... non recesserunt**, ordina: *atque illi ipsi quorum studia et vita versata est* (è stata impegnata) *omnis in cognitione rerum, tamen non recesserunt ab* (non rinunciarono a...) *augendis utilitatibus et com modis* (nota che *augeo utilitates et commoda* = accrescere la prosperità e il benessere) *hominum*.- 3. **studiosos**: qui *studiosus* nel senso di 'desideroso' (di apprendere, *discendi*).- 4. **qui... pertinerent**: proposizione relativa con congiuntivo perché esprime eventualità.- **otium... negotium**: l'*otium* è il tempo dedicato allo studio, alla cultura, *negotium* è quello della politica.- 5. **Ita illi ipsi... conferunt**: ordina: *ita illi ipsi* (cioè gli uomini di cultura) *dediti studiis doctrinae* (della filosofia) *et sapientiae* (qui *sapientia* intesa come sapere scientifico) *conferunt* (portano) *potissimum suam intelligentiam et prudentiam* (sapienza) *ad utilitatem hominum* (al bene comune). 6. **ob eamque... iuncti sumus**: ordina: *et ob eam causam* (anche per questa ragione) *elōqui copiose* ('parlare in modo eloquente', 'avere un'eloquenza ricca'), *modo prudenter* ('almeno fondata sul sapere'), *est melius vel quam cogitare acutissime* ('saper pensare in modo molto acuto') *sine eloquentia, quod* (perché) *cogitatio vertitur* ('si chiude') *in se ipsa, eloquentia complectitur* ('coinvolge') *eos, quibuscum iuncti sumus communitate* ('con i quali siamo uniti in comunità').

## Seneca: principi di educazione morale

### **A nulla serve adirarsi con chi sbaglia** (*De ira*, II, 10)

Seneca non tratta espressamente dei problemi dell'educazione, ma le sue opere contengono molte considerazioni educative: per lui è infatti essenziale controllare le passioni, e la disciplina è elemento fondamentale della formazione di una personalità capace di controllarsi. Nel *De ira* Seneca si rivolge all'imperatore Claudio per esortarlo a non farsi prendere dall'ira; ma le sue considerazioni assumono sempre un valore generale.

1. Illud potius cogitabis, non esse irascendum erroribus. Quid enim si quis irascatur in tenebris parum vestigia certa ponentibus? Quid si quis surdis imperia non exaudientibus? Quid si pueris, quod neglecto dispectu officiorum ad lusus et ineptos aequalium iocos spectent? Quid si illis irasci velis qui aegrotant senescunt fatigantur? Inter cetera mortalitatis incommoda et hoc est, caligo mentium nec tantum necessitas errandi sed errorum amor. 2. Ne singulis irascaris, universis ignoscendum est, generi humano venia tribuenda est. Si irascaris iuvenibus senibusque quod peccant, irascere infantibus: peccaturi sunt. Numquis irascitur pueris, quorum aetas nondum novit rerum discrimina? ... 3. Hac condicione nati sumus...: quisquis sequitur priores male iter ingressos, quidni habeat excusationem, cum publica via erraverit? 4. ... Quid tollit iram sapientis? turba peccantium. Intellegit quam et iniquum sit et periculosum irasci publico vitio.

### **È importante essere tempestivi negli interventi educativi** (*De ira*, II, 21)

1. Plurimum, inquam, proderit pueros statim salubriter institui; difficile autem regimen est, quia dare debemus operam ne aut iram in illis nutriamus aut indolem retundamus. 2. Diligenti observatione res indiget; utrumque enim, et quod extolendum et quod deprimendum est, similibus alitur, facile autem etiam adtendentem similia decipiunt. 3. Crescit licentia spiritus, servitute comminuitur; adsurgit si laudatur et in spem sui bonam adducitur, sed eadem ista insolentiam et iracundiam generant: itaque sic inter utrumque regendus est ut modo frenis utamur modo stimulis. 4. Nihil humile, nihil servile patiat; numquam illi necesse sit rogare suppliciter nec prosit rogasse, potius causae suae et prioribus factis et bonis in futurum promissis donetur. ...

### **È importante alternare la disciplina e allentare la tensione** (*De ira*, II, 21)

[6] Dabimus aliquod laxamentum, in desidiam vero otiumque non resolvemus et

procul a contactu deliciarum retinebimus; nihil enim magis facit iracundos quam educatio mollis et blanda. Ideo unicis quo plus indulgetur, pupillisque quo plus licet, corruptior animus est. Non resistet offensis cui nihil umquam negatum est, cuius lacrimas sollicita semper mater abstersit, cui de paedagogo satisfactum est. 7. Non vides ut maiorem quamque fortunam maior ira comitetur? ... 8. Longe itaque ab adsentatione pueritia removenda est: audiat verum. Et timeat interim, vereatur semper, maioribus adsurgat. Nihil per iracundiam exoret: quod flenti negatum fuerit quieto offeratur. Et divitias parentum in conspectu habeat, non in usu. 9. Exprobrentur illi perperam facta. Pertinebit ad rem praeceptores paedagogosque pueris placidos dari: proximis adplicatur omne quod tenerum est et in eorum similitudinem crescit; nutricum et paedagogorum retulere mox adulescentium mores. ...

### **Utilità dell'ammonizione** (*Ad Lucilium*, 94, 44-45)

[44] Si reverentia frenat animos ac vitia conpescit, cur non et admonitio idem possit? Si inponit pudorem castigatio, cur admonitio non faciat, etiam si nudis praeceptis utitur? Illa vero efficacior est et altius penetrat quae adiuvat ratione quod praecipit, quae adicit quare quidque faciendum sit et quis facientem oboedientemque praeceptis fructus expectet. Si imperio proficitur, et admonitione; atqui proficitur imperio; ergo et admonitione. [45] In duas partes virtus dividitur, in contemplationem veri et actionem: contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. Virtutem et exercet et ostendit recta actio. Acturo autem si prodest qui suadet, et qui monet proderit. Ergo si recta actio virtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio demonstrat, et admonitio necessaria est. [46] Duae res plurimum roboris animo dant, fides veri et fiducia: utramque admonitio facit. Nam et creditur illi et, cum creditum est, magnos animus spiritus concipit ac fiducia impletur; ergo admonitio non est supervacua.

### **Come bisogna disporsi a imparare** (*Ep. ad Lucilium*, 108)

[2] Nec passim carpenda sunt nec avide invadenda universa: per partes perveniuntur ad totum. Aptari onus viribus debet nec plus occupari quam cui sufficere possimus. Non quantum vis sed quantum capis hauriendum est. Bonum tantum habe animus: capies quantum voles. Quo plus recipit animus, hoc se magis laxat. ... [4] Qui ad philosophum venit cotidie aliquid secum boni ferat: aut sanior domum redeat aut sanabilior. Redibit autem: ea philosophiae vis est ut non studentis sed etiam conversantis iuvet. Qui in solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur; qui in unguentaria taberna resederunt et paullo diutius commorati sunt odorem secum loci ferunt; et qui ad philosophum fuerunt traxerint aliquid necesse est quod prodesset etiam neglegentibus. Attende quid dicam: neglegentibus, non repugnantibus.

## **Come bisogna disporsi a imparare (Ep. 108, l. 17**

[5] 'Quid ergo? non novimus quosdam qui multis apud philosophum annis persequerentur et ne colorem quidem duxerint? 'Quidni noverim? pertinacissimos quidem et assiduos, quos ego non discipulos philosophorum sed inquilinos voco. [6] Quidam veniunt ut audiant, non ut discant, sicut in theatrum voluptatis causa ad delectandas aures oratione vel voce vel fabulis ducimur. Magnam hanc auditorum partem videbis cui philosophi schola deversorium otii sit. Non id agunt ut aliqua illo vitia deponant, ut aliquam legem vitae accipiant qua mores suos exigant, sed ut oblectamento aurium perfruantur. Aliqui tamen et cum pugillaribus veniunt, non ut res excipiant, sed ut verba, quae tam sine profectu alieno dicant quam sine suo audiunt. [7] Quidam ad magnificas voces excitantur et transeunt in adfectum dicentium alacres vultu et animo, nec aliter concitantur quam solent Phrygii tibicinis sono semiviri et ex imperio furentes. Rapiunt illos instigatque rerum pulchritudo, non verborum inanium sonitus.

## Il declino dell'oratoria e dell'educazione

L'oratoria, giunta al suo culmine con Cicerone, inizia a declinare con l'avvento dell'impero. La denuncia del fenomeno e la discussione delle sue cause impegna molti scrittori, tra cui Petronio e Tacito. La critica si appunta spesso sull'inefficienza e le storture dell'insegnamento, ma Tacito in particolare ne individua l'origine nella perdita della libertà, cioè del costume politico che aveva caratterizzato la Repubblica.

### Decadenza dell'oratoria (Seneca, *Controversiae*, praef. 8-12 e X, praef. 4-7)

Una delle prime denunce della decadenza dell'oratoria si trova nelle opere di Seneca il Vecchio (o il Retore), che ne indica l'origine nella decadenza dei costumi dei giovani, e quindi, indirettamente, nella corruzione della società.

1. Torpent ecce ingenia desidiosae iuventutis, nec in unius honestae rei labore vigilatur: somnus languorque ac somno et languore turpior malarum rerum industria invasit animos; cantandi saltandique obscena studia effeminatos tenent; 2. [et] capillum frangere et ad muliebres blanditias extenuare vocem, mollitia corporis certare cum feminis et immundissimis se excolere munditiis nostrorum adulescentium specimen est. 3. Quis aequalium vestrorum quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, immo quis satis vir est? emolliti enervesque quod nati sunt inviti manent, expugnatores alienae pudicitiae, neglegentes suae. 4. In hos ne dii tantum mali ut cadat eloquentia; quam non mirarer, nisi animos, in quos se conferret, eligeret. Erratis, optimi iuvenes, nisi illam vocem non M. Catonis sed oraculi creditis; quid enim est oraculum? 5. nempe voluntas divina hominis ore enuntiata; et quem tandem antistitem sanctiorem sibi invenire divinitas potuit quam M. Catonem, per quem humano generi non praeciperet sed convicium faceret? ille ergo vir quid ait? 'orator est, Marce fili, vir bonus di cendi peritus.'

---

1. **vigilatur**: è impersonale: si vigila, si sta attenti.- **somnus languorque... animos**: ordina: *somnus et languor ac industria malarum rerum turpior somno ac languore invasit animos*.- 2. **specimen est**: 'prova ne sono' (soggetti sono gli infiniti *frangere...extenuare...certare*).- 4. **mali**: sott. *sint.* congiuntivo desiderativo-esortativo. 5. **nempe**: 'proprio', 'precisamente'.

### Una critica dell'eloquenza di scuola (Petronio, *Satyricon*, I)

La denuncia dei metodi delle scuole di retorica, e l'inconsistenza degli argomenti proposti ai giovani per le loro esercitazioni è messa alla berlina dal protagonista del *Satyricon*, e da un retore da lui incontrato. La causa della decadenza è quindi nella cultura e nell'allontanamento dalla società e dalla vita reale.

1. “Num alio genere Furiarum declamatores inquietantur, qui clamant: ‘Haec vulnera pro libertate publica excepi; hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos, nam succisi poplites membra non sustinent’? 2. Haec ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituris viam facerent. Nunc et rerum timore et sententiarum vanissimo strepitu hoc tantum proficiunt ut, cum in forum venerint, putent se in alium orbem terrarum delatos. 3. Et ideo ego adulescentulos existimo in scholis stultissimos fieri, quia nihil ex his, quae in usu habemus, aut audiunt aut vident, sed piratas cum catenis in litore stantes, sed tyrannos edicta scribentes quibus imperent filiis ut patrum suorum capita praecidant, sed responsa in pestilentiam data, ut virgines tres aut plures immo lentur, sed mellitos verborum globulos, et omnia dicta factaque quasi papavere et sesamo sparsa.

---

1. “**Num alio genere Furiarum declamatores inquietantur**”: si noti che ‘num’ in una proposizione interrogativa diretta attende risposta negativa, perciò possiamo tradurre: ‘Forse che gli oratori non sono agitati da un’ altra specie di Furie, essi che declamano...’.- **impendi**: da *impendo*, *is* = ‘spendere’.- **ducem**: ‘una guida’.  
 2. **Haec ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituris viam facerent**: ordina: *haec ipsa essent tolerabilia, si facerent* (‘se preparassero’) *viam* (‘la via’) *ituris* (‘a quelli che andranno’, *ituris* da *eo*, *is*) *ad eloquentiam* (‘all’eloquenza’, cioè ai futuri oratori).- **Nunc ecc.**: ordina: *nunc timore rerum* (‘con l’ampollosità degli argomenti’) *sententiarum vanissimo strepitu* (‘e con lo strepito del tutto vuoto delle frasi’) *hoc tantum proficiunt ut* (‘ottengono il solo risultato di ...’).- 3. **delatos**: sott. *esse* (da *defero*, *defers*).- **quia nihil... sed...**: ordina: *quia nihil audiunt aut vident ex his quae in usu habemus* (‘di ciò che è nella pratica corrente’, cioè nella vita reale), *sed responsa in pestilentiam data* (‘ma responsi oracolari dati durante una pestilenza’) *ut* (‘affinché...’).

### L’eloquenza è corrotta perché segue la moda (Petronio, *Sayricon.*, 3)

Sono fuori strada i maestri dell’eloquenza nelle loro esercitazioni, perché sono costretti a dire cose che vadano a genio al pubblico, altrimenti resterebbero soli a parlare con i muri.

1. Non est passus Agamemnon me diutius declamare in porticu, quam ipse in schola sudaverat, sed: “Adulescens, inquit, quoniam sermonem habes non publici saporis et, quod rarissimum est, amas bonam mentem, non fraudabo te arte secreta. 2. Nihil nimirum in his exercitationibus doctores peccant qui necesse habent cum insanientibus furere. Nam nisi dixerint quae adulescentuli probent, ut ait Cicero, ‘soli in scholis relinquentur’. 3. Sicut ficti adulescentuli cum cenas divitum captant, nihil prius me ditantur quam id quod putant gratissimum auditoribus fore – nec enim aliter impetrabunt quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint – sic eloquentiae magister, nisi tanquam piscator eam im posuerit hamis escam, quam scierit appetituros esse pisciculos, sine spe praedae morabitur in scopulo.

---

1. **in schola sudaverat**: nota: *sudare in schola* = ‘sgolarsi a scuola’.- **non publici saporis**: ‘di gusto non comune’ (= contro corrente).- 2. **Nihil... furere**, ordina: ‘nessuna meraviglia (*nihil nimirum*), in queste esercitazioni i maestri vanno fuori strada (*peccant*), essi che credono di dover (*necesse habent*) stare coi pazzi (*fire-*

re: infinito da *furo*, *-is* = ‘essere fuori di sé’.- **ficti adultores**: gli adulatori in commedia (*ficti*: letter. ‘finti’, dunque durante la finzione teatrale).

### **Anche i genitori sono responsabili** (Petronio, *Satyricon*, 4).

I giovani non hanno a scuola una buona formazione, colpa dei genitori che li spingono nel foro prima del tempo.

1. “Quid ergo est? Parentes obiurgatione digni sunt, qui nolunt liberos suos severa lege proficere. Primum enim sic ut omnia, spes quoque suas ambitioni donant. 2. Deinde cum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum impellunt, et eloquentiam, qua nihil esse maius confitentur, pueris induunt adhuc nascentibus. 3. Quod si paterentur laborum gradus fieri, ut sapientiae praeceptis animos componerent, ut verba atroci stilo effoderent, ut quod vellent imitari diti audirent, ut persuaderent sibi nihil esse magnificum quod pueris placeret: iam illa grandis oratio haberet maiestatis suae pondus. 4. Nunc pueri in scholis ludunt, iuvenes ridentur in foro, et quod utroque turpius est, quod quisque puerperperam didicit, in senectute confiteri non vult.

---

“Qual è dunque la verità? Bisognerebbe bastonare i genitori che sono i primi a sviare i loro ragazzi da una strada difficile e onesta. Sacrificano tutto alle proprie ambizioni e, tutti smaniosi di vederselo subito realizzato, li spingono nel foro quando non hanno ancora le ossa formate, e questa eloquenza, che credono onnipotente, la buttano addosso a dei ragazzini appena nati. Se li lasciassero seguire degli studi regolari in modo da farli abituare gradatamente a imbevsi di letture severe, a formarsi l’animo agli insegnamenti della filosofia, a correggere lo stile con una penna spietata, ad ascoltar cento volte i modelli che vogliono imitare, a badare bene a non restare a bocca aperta davanti a qualche gran magnificenza da ragazzi, la grande oratoria ritroverebbe tutta la sua nobiltà e tutto il suo peso. Oggi i bamberottoli si baloccano nelle scuole, i giovani si fanno rider dietro nel foro, e cosa più indegna di tutte, i vecchi non vogliono convenire di avere imparato, da ragazzi, quattro sfrappole messe su alla carlona.”

### **Decadenza dell’educazione familiare** (Tacito, *Dialogus de oratoribus*, 28, 4)

Nel dialogo attribuito a Tacito l’analisi delle cause della crisi dell’oratoria presenta diversi aspetti, denunciati e sviluppati dai diversi interlocutori. In primo luogo, l’abbandono del costume antico, che faceva della famiglia il primo luogo di formazione dei fanciulli. Il passo è la continuazione di quello presentato sopra.

29. At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adiungitur unus aut alter ex omnibus servis, plerumque vilissimus nec cuiquam serio ministerio accommodatus. Horum fabulis et erroribus [et] virides [teneri] statim et rudes animi

imbuuntur; nec quisquam in tota domo pensi habet, quid coram infante domino aut dicat aut faciat. Quin etiam ipsi parentes non probitati neque modestiae parvulos assuefaciunt, sed lasciviae et dicacitati, per quae paulatim impudentia irrepit et sui alienique contemptus. Iam vero propria et peculiaria huius urbis vitia paene in utero matris concipi mihi videntur, histrionalis favor et gladiatorum equorumque studia; quibus occupatus et obsessus animus quantum loci bonis artibus relinquit? Quotum quemque invenies qui domi quicquam aliud loquatur? Quos alios adulescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria intravimus? Ne praeceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent; colligunt enim discipulos non severitate disciplinae nec ingenii experimento, sed ambitione salutatorum et illecebris adulationis.

Ma ora il figlio ancora neonato è affidato ad un'ancella greca, alla quale si associano uno o due schiavi scelti fra tutti, per lo più di scarsissime capacità e non adatti ad alcun serio incarico. Gli animi freschi e inesperti dei bambini subito si riempiono delle chiacchiere e degli errori di costoro, e nessuno in tutta la casa si dà alcun pensiero e non sa che cosa dica o faccia davanti al padroncino. Anzi persino i genitori non abitano i pargoli all'onestà e alla modestia, ma alla sfacciataggine e al gusto della canzonatura, attraverso cui a poco a poco si insinuano in loro l'insipienza e il disprezzo di sé e degli altri. Ma ormai mi sembra che i vizi propri e tipici di questa città, l'entusiasmo per i commedianti e la passione per i gladiatori e i cavalli nascano proprio nel grembo della madre: L'animo occupato e ossessionato da queste cose quanto spazio riserva ai buoni insegnamenti? Quanti ne troverai che in casa parlano di qualche altra cosa? Quali altri discorsi di giovani cogliamo, se talvolta entriamo in una scuola? Neanche i precettori tengono conversazioni più frequenti di queste con i loro allievi; raccolgono infatti discepoli non con la severità dell'insegnamento né con la prova d'intelligenza, ma con l'omaggio cortigiano e con le lusinghe dell'adulazione.

### **Carenze nell'istruzione dei giovani** (Tacito, *Dialogus de oratoribus*, 30, 1-4)

Un'altra causa è individuata nella carenza delle scuole stesse, che non danno ai giovani una cultura ampia e solida, quale era stata praticata e preconizzata da Cicerone.

(...) Itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet non geometriae, non musicae, non gramaticae, non denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse. Ille dialecticae subtilitatem, ille moralis partis utilitatem, ille rerum motus causasque cognoverat. Ita est enim, optimi viri, ita: ex multa eruditione et plurimis artibus et omnium rerum scientia exundat et exuberat illa admirabilis eloquentia; neque oratoris vis et facultas sicut ceterarum rerum angustis et brevibus terminis cluditur, sed is est orator, qui de omni quaestione pulchre et ornate et ad persuadendum apte dicere pro dignitate rerum, ad utilitatem temporum, cum voluptate audentium possit. Hoc sibi illi veteres persuaserant, ad hoc efficiendum intellegebant opus esse



non ut rhetorum scholis declamarent nec ut fictis nec ullo modo ad veritatem accedentibus controversiis linguam modo et vocem exercerent, sed ut iis artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto et turpi, de iusto et iniusto disputatur; haec enim est oratori subiecta ad dicendum materia.

---

(...) 30, 4-5 Così per Ercole si può scoprire nei libri di Cicerone che non gli mancò la conoscenza della geometria, né della musica, né della grammatica, né infine di alcuna arte liberale. Egli aveva appreso le sottigliezze della dialettica, l'utilità della morale, i moti e le cause dei fenomeni naturali. Così è infatti, egregi uomini, così: da una grande erudizione e da numerose discipline e dalla conoscenza del mondo sgorga e trabocca quella straordinaria eloquenza; la potenza e la ricchezza dell'oratoria non sono delimitate come tutte le altre cose entro ristretti e angusti limiti, ma è oratore colui che può parlare di ogni questione con abilità ed eleganza e in modo atto a persuadere, secondo l'importanza dell'argomento e la convenienza dell'occasione, con diletto degli ascoltatori.

31,1 Di ciò erano persuasi quei grandi antichi, e comprendevano che per raggiungere un tale scopo era necessario non che declamassero nelle scuole dei retori, né che esercitassero soltanto la lingua e la voce in controversie artificiose e che in nessun modo si accostavano alla verità, ma che nutrissero la mente con quelle discipline in cui si discute del bene e del male, dell'onesto e del disonesto, del giusto e dell'ingiusto; questa è infatti la materia proposta all'oratore per i suoi discorsi.

### **Carenze nella formazione dei giovani** (Tacito, *Dialogus de oratoribus*, 35, 1-4)

Privi di cultura, i giovani cadono facilmente nell'impudenza, cioè nel credere di avere capacità che di fatto sono solo illusorie. Questo è il limite delle *suasoriae* e delle *controversiae*, esercizi praticati nelle scuole di declamazione: discorsi fittizi, su cui appunto si esercita la presunzione dei giovani.

1. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scholas istorum, qui rhetores vocantur, quos paulo ante Ciceronis tempora extitisse nec placuisse maioribus nostris ex eo manifestum est, quod a Crasso et Domitio censoribus claudere, ut ait Cicero, "ludum impudentiae" iussi sunt. 2. Sed ut dicere institueram, deducuntur in scholas, quibus non facile dixerim utrumne locus ipse an condiscipuli an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. 3. Nam in loco nihil reverentiae est, in quem nemo nisi aequae imperitus intrat; in condiscipulis nihil profectus, cum pueri inter pueros et adolescentuli inter adolescentulos pari securitate et dicant et audiantur; ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae. 4. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetoras tractantur, suasoriae et controversiae. Ex his suasoriae quidem tamquam plane leviores et minus prudentiae exigentes pueris delegantur, controversiae robustioribus assignantur, quales, per fidem, et quam incredibiliter compositae! 5.

Sequitur autem, ut materiae abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur.

---

1. **istorum**: nota il disprezzo che esprime il pronome dimostrativo *istorum*, da iste, ista, istud.- **quod... iussi sunt**: ordina: *quod iussi sunt a Crasso et Domitio censoribus claudere, ut ait Cicero, "ludum impudentiae*: 'perché fu loro imposto dai censori Crasso e Domizio di chiudere la scuola dell'impudenza'.- 3. **in condiscipulis nihil profectus**: 'negli allievi nessun miglioramento'.- 4. **Ex his suasoriae... delegantur**: 'Di questi (esercizi) vengono affidate ai ragazzi le suasorie in verità in quanto assolutamente più lievi, leggere, meno impegnative, più facili e che richiedono meno prudenza'.- **quales, per fidem, et quam incredibiliter compositae!**: 'In verità come e quanto incredibilmente composte approfittando della buona fede (degli alunni)!'.

### **Le condizioni politiche favorirono lo sviluppo dell'oratoria in età repubblicana** (Tac., *Dialogus de oratoribus*, XXXVI, 1-8)

La denuncia che più sembra riflettere l'opinione di Tacito sul problema della causa dell'eloquenza sembra quella della scomparsa della libertà, di un dibattito politico reale, e del dinamismo di una società che nell'eloquenza aveva trovato il suo strumento per eccellenza.

Magna eloquentia, sicut flamma, materia alitur et motibus excitatur et urendo clarescit. Eadem ratio in nostra quoque civitate antiquorum eloquentiam provexit. Nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quae composita et quieta et beata re publica tribui fas erat, tamen illa perturbatione ac licentia plura sibi adsequi videbantur, cum mixtis omnibus et moderatore uno carentibus tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assidue et popolare nomen, hinc contiones magistratuum paene pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum et adsignatae etiam domibus inimicitiae, hinc procerum factiones et assidua senatus adversus plebem certamina. Quae singula etsi distrahebant rem publicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam et magnis cumulare praemiis videbantur, quia quanto quisque plus dicendo poterat, tanto facilius honores adsequeretur, tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat, tanto plus apud principes gratiae, plus auctoritatis apud patres, plus notitiae ac nominis apud plebem parabat.

Hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant, hos ituri in provincias magistratus reverebantur, hos reversi colebant, hos et praeturae et consulatus vocare ultro videbantur, hi ne privati quidem sine potestate erant, cum et populum et senatum consilio et auctoritate regerent. Quin immo sibi ipsi persuaserant neminem sine eloquentia aut adsequi posse in civitate aut tueri conspicuum et eminentem locum. Nec mirum, cum etiam inviti ad populum producerentur, cum parum esset in senatu breviter censere, nisi qui ingenio et eloquentia sententiam suam tueretur, cum in aliquam invidiam aut crimen vocati sua voce respondendum haberent, cum testimonia quoque in publicis iudiciis non absentes nec per tabellam dare, sed coram et

praesentes dicere cogentur. Ita ad summa eloquentiae praemia magna etiam necessitas accedebat, et quo modo disertum haberi pulchrum et gloriosum, sic contra mutum et elinguem videri deforme habebatur.

### Consigli per perfezionare l'abilità dell'oratore (Plinio il G., *Epistulae*, VII, 9, 1-4)

Plinio il giovane, amico e ammiratore di Tacito, sembra però apprezzare più di lui la pratica dell'eloquenza "di apparato" (scrisse anche un elogio dell'imperatore Traiano), e quindi dà consigli soprattutto di metodo. Bisogna studiare nella tranquillità del luogo abituale in cui sei ambientato; tradurre o dal greco in latino o dal latino in greco è un esercizio che aiuta ad acquisire la proprietà e l'eleganza dello stile, la forza dell'espressione; inoltre, l'imitazione dei migliori aiuta a sviluppare il senso critico, a comprendere e a giudicare.

1. Quaeris quemadmodum in secessu, quo iam diu frueris, putem te studere oportere. Utile in primis, et multi praecipunt, vel ex Graeco in Latinum vel ex Latino vertere in Graecum. 2. Quo genere ex citationis proprietate splendorque verborum, copia figurarum, vis explicandi, praeterea imitatione operum similium inveniendi facultas paratur; simul quae legentem fefellissent, transferentem fugere non possunt. 3. Intellegentia ex hoc et iudicium acquiritur. Nihil offerit quae legeris hactenus, ut rem argumentumque teneas, quasi aemulum scribere lectisque conferre, ac sedulo pensare, quid tu quid ille commodius. 4. Magna gratulatio si non nulla tu, magnus pudor si cuncta ille melius. Licebit inter dum et notissima eligere et certare cum electis. 5. Audax haec, non tamen improba, quia secreta contentio: quamquam multos videmus eius modi certamina sibi cum multa laude sumpsisse, quosque subsequi satis habebant, dum non desperant, antecessisse.

---

2. **copia figurarum**: 'la ricchezza delle figure retoriche'. - **vis explicandi**: 'la forza dell'espressione'. - **paratur**: 'viene acquisita'. (il verbo ha per soggetti i precedenti: *splendor...*, *copia... vis...*). - **simul quae... non possunt**: 'inoltre le cose che eventualmente siano sfuggite al lettore (*quae fefellissent sent legentem*) non sfuggono al traduttore (*transferentem fugere non possunt*)'. - 4. **Magna gratulatio si nonnulla tu, magnus pudor si cuncta ille melius** (sott. *dixerit*): 'grande ricompensa (sott. 'verrà') se tu dirai meglio alcune cose (*nonnulla*), grande modestia (*pudor*) se egli avrà detto tutto meglio'. - **certare cum electis**: 'gareggiare con i modelli scelti'. - 5. **Audax haec, non tamen improba, quia secreta contentio**: 'Questo confronto è audace, ma non improduttivo, perché specifico'. - **quosque subsequi satis habebant, dum non desperant, antecessisse**: 'e che hanno superato coloro che rite nevano sufficiente seguire, pur di non perdere la speranza'.

### Apprezzamento delle scuole di retorica del tempo (Plinio il G., *Epistulae*, V, 17)

Una visita di Plinio alla cerimonia di fine anno di una scuola di retorica conferma da un lato il suo sincero interesse per i problemi della formazione retorica, dall'altro il suo apprezzamento per abitudini formali e sostanzialmente fuori della realtà.

### C. PLINIUS VESTRICIO SPURINNAE SUO S.

1 Scio quanto opere bonis artibus faveas, quantum gaudium capias, si nobiles iuvenes dignum aliquid maioribus suis faciant. Quo festinantius nuntio tibi fuisse me hodie in auditorio Calpurni Pisonis. 2 Recitabat ‘katasterismôn’ eruditam sane luculentamque materiam. Scripta elegis erat fluentibus et teneris et enodibus, sublimibus etiam, ut poposcit locus. Aptè enim et variegata nunc attollebatur, nunc residebat; excelsa depressis, exilia plenis, severis iucunda mutabat, omnia ingenio pari. 3 Commendabat haec voce suavissima, vocem verecundia: multum sanguinis, multum sollicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis. Etenim nescio quo pacto magis in studiis homines timor quam fiducia decet. 4 Ne plura – quamquam libet plura, quo sunt pulchriora de iuvene, rariora de nobili –, recitatione finita multum ac diu exosculatus adolescentem, qui est acerrimus stimulus monendi, laudibus incitavi, pergeret qua coepisset, lumenque quod sibi maiores sui praetulissent, posteris ipse praeferret. 5 Gratulatus sum optimae matri, gratulatus et fratri, qui ex auditorio illo non minorem pietatis gloriam quam ille alter eloquentiae retulit: tam notabiliter pro fratre recitante primum metuseius, mox gaudium eminuit. 6 Di faciant ut talia tibi saepius nuntiem! Faveo enim saeculo ne sit sterile et effatum, mireque cupio ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum nisi imagines habeant; quae nunc mihi hos adolescentes tacitae laudare adhortari, et quod amborum gloriae satis magnum est, agnoscere videntur. Vale.

## La scuola e la satira

Come in tutti i tempi, le pratiche della scuola si prestano a critica e anche a derisione. Autore di una severa satira sull'educazione è Giovenale, che prende di mira soprattutto l'incapacità della famiglia e della società a "dare il buon esempio", su cui si formavano i romani antichi. Meno severa, ma non meno pungente, è la rappresentazione che dà Marziale di certe figure "scolastiche" (il maestro che urla, oltre che battere gli alunni), e il peso di studi pesanti e sgraditi ai ragazzi.

Magna debetur puero reverentia (Giovenale, Sat. XIV)

Nei severi ammonimenti ai padri a dare per primi esempi di pulizia e di onestà ai figli figura la celebre massima "maxima debetur puero reverentia", fatta propria in tanti significati (moralì e anche religiosi) dalla tradizione pedagogica.

Plurima sunt, Fuscine, et fama digna sinistra  
[et quod maiorum vitia sequiturque minores] 1a  
et nitidis maculam haesuram figentia rebus,  
quae monstrant ipsi pueris traduntque parentes.

.....

Abstineas igitur damnandis. Huius enim vel  
una potens ratio est, ne crimina nostra sequantur  
ex nobis geniti, quoniam dociles imitandis 40  
turbibus ac pravis omnes sumus, et Catilinam  
quocumque in populo videas, quocumque sub axe,  
sed nec Brutus erit Bruti nec avunculus usquam.

Nil dictu foedum uisuque haec limina tangat  
intra quae pater est. Procul, a procul inde puellae 45  
lenonum et cantus pernoctantis parasiti.

Maxima debetur puero reverentia, si quid  
turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,  
sed peccaturo obstet tibi filius infans.  
Nam si quid dignum censoris fecerit ira 50

quandoque et similem tibi se non corpore tantum  
nec vultu dederit, morum quoque filius et qui  
omnia deterius tua per vestigia peccet,  
corripies nimirum et castigabis acerbo  
clamore ac post haec tabulas mutare parabis. 55

Unde tibi frontem libertatemque parentis,  
cum facias peiora senex vacuumque cerebro  
iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quaerat?

.....

Gratum est quod patriae civem populoque dedisti, 70  
si facis ut patriae sit idoneus, utilis agris,  
utilis et bellorum et pacis rebus agendis.  
Plurimum enim intererit quibus artibus et quibus hunc tu  
moribus instituas.

Sono molte, o Fuscino, le azioni degne di trista rinomanza, tali da imprimere una macchia difficilmente cancellabile anche in ciò che c'è di più puro, e che son proprio gli stessi genitori ad insegnare e a trasmettere ai loro figli. ...

Astienti dunque da azioni riprovevoli: c'è una potente ragione a importelo, anche se unica: che i nostri figli non seguano le nostre colpe, poiché tutti siamo docili nell'imitare le azioni turpi e malvagie, e dappertutto puoi incontrare un Catilina, sotto qualunque cielo, ma in nessun luogo un altro Bruto né uno zio di Bruto.

Nulla che sia turpe a dirsi o a vedersi entri nella casa dove ci sia un padre; lontano, lontano da qui le squaldrine e i canti del parassita nottambulo! Se prepari qualche nefandezza, abbi almeno il massimo rispetto per l'infanzia: non disprezzare l'età di tuo figlio, ma sia anzi il tuo bambino ad ostacolare la tua intenzione peccaminosa. Se egli un giorno dovesse mai commettere qualche azione degna della collera del censore, e si dimostrasse simile a te non soltanto nel corpo e nelle fattezze del viso, ma figlio tuo anche nelle abitudini, e sulle tue orme commettesse una infamia, tu lo sgrideresti certamente, lo castigheresti con grandi urla e magari saresti pronto a cambiar testamento. Ma come potresti avere il coraggio per farlo, da dove potresti prendere la franchezza che si addice a un padre, quando tu stesso, vecchio come sei, ne fai di peggio, e la tua testa, vuota di cervello, richiede ventose? ...

È senza dubbio una bella cosa che tu abbia dato alla patria e al popolo un cittadino, purché tu lo renda utile alla sua patria, utile ai campi, utile alle opere di guerra e di pace. Avrà dunque grandissima importanza il modo in cui l'educherai e a quali costumi tu saprai guidarlo.

### 8. A un maestro (Marziale, *Epigr.*, IX, 68)

Marziale in questo epigramma attacca un maestro di scuola (*ludi magister*) che fin dall'alba con le sue grida opprime i fanciulli e non lascia dormire il vicinato. 'Vegliare – dice il poeta indignato – è sopportabile, ma non per tutta la notte'.

Quid tibi nobiscum est, ludi scelerate magister,  
invisum pueris virginibusque caput ?  
Nondum cristati rupere silentia galli;

murmure iam saevo verberibusque tonas.  
 Tam grave percussis incudibus aera resultant, 5  
 causicum medio cum faber aptat equo:  
 mitior in magno clamor furit amphitheatro,  
 vincenti parmae cum sua turba favet.  
 Vicini somnum – non tota nocte – rogāmus:  
 nam vigilāre leve est, pervigilāre grave est. 10  
 Discipulos dimitte tuos. Vis, garrūle, quantum  
 accīpis ut clames, accipēre ut tacēas ?

